

1184 dominus Otto custos, qui favente sibi occasione temporis et adventu memorati antistitis statim in domo sua pastoralis suscepit virgam consecratus in abbatem 11^o kal.

Feb. 24 Martii, hoc est in die Mathie apostoli.¹

Tempor 25 Sequenti crastino erat sabbatum 111^{or} temporum, in quo idem episcopus ordines clericorum celebravit in Sylboensi ecclesia, in quibus et ego promotus in diaconum legi evangelium coram episcopo notus existens et carus eidem episcopo ex tunc et deinceps quamdiu vixit.

Eodem anno mediante ~~duce~~ dux Wastzlau, filius antiqui ~~antiqui~~ Lobezlai, frater novi, levavit clipeum contra ducem Ezech. 26.8

Fridericum et congregata multitudine perfidorum obsedit Pragam, sed non obtinuit, quia qui deintus erant, pariter cum domna Elisabeth, uxore Friderici, fortiter resistebant. Interea Fridericus in Teutonia exercitum colligebat per amicos suos, quorum unus et precipuus, dux Austriae Leopoldus, cum magnis copiis Boemiam instare volebat, verum dominus Albertus Salzbürgensis archiepiscopus, germanus Friderici ducis, cum suis armatis iam intraverat et transiens

in Boemiam per Mylitz non sine gravi dispendio illius ecclesie Pragam usque pervenerat. Quod cernentes Boemi maiores natu simul et ex parte imperatoris peiora verentes post multas tergiversationes tandem ab illo resiliunt et ad Fridericum redierunt, sicque Fridericus victoria potius revocavit peregrinum exercitum, ne intraret et patriam deleret.²

1185 Anno dominicae incarnationis 1185 Fridericus dux iratus

1) Hier steht, wie sonst in Diefenbach, Feb. 25, da dieser Tag zum -
Tag nach dem die folgende Begräbnis nicht pünktlich
war; auf den 25. Feb. ab bis 11. Kal. zu begraben
wurde.

2) Hgl. Hofmann I, 366 f.